



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres

Gulielmus, Janus

Antverpiae, M. D. LXXXII.

Cap. III. Bona scæua. Pænitet. Priui custodes. I modò. Pessum ire, preme.  
Plauti Pseudolus multis locis emendata, vno Mostellaria.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70877](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70877)

*Si animus hominem perpulit, actum est: animo seruiuit, non sibi.*

*Si ipse animum perpulit; dum viuit, victor victorū cluet.*  
Verum enim est, *seruabit.* antiquè, vt *audibit.* Si, inquit, semel animo induleris, aetatem illi seruitutem seruis. Porro *sinit scribit*, vt versus constet: potuiffem *sui*; sed dixisse veteres *sini*, quod nos enuntiamus *sui*, notum est. id etiam in Terentio fuerat, *Andria*.  
Dum tempus ad eam rem tulit, *sini: animum vt expleret suum.*

Secundum ms. Colonienfis: absque quo esset, potuiffet nos vel Donatus monuisse de mendo. ait enim antiquè dictum; tum aliter vsurpari A delphis, *Non sinit* *gratias facere nos.* In vtroque frustra erit, si publicatos *sinos* sequare. *Sinit* igitur cum esset in Nonio, impositi mutarunt in *suit*, aut quod idem est, & in vultis editionibus exstat, *sibit*: vnde porro subiit istud *suit*. Neque mihi dubium est, quin respexerit huc *Quidius Tritibus*:

*Nam pede inoffensiuum decurrere vita*

*Dignus es, & fato candidiore frui.*

*libri scripti.* vulgò, *procurrere*: ineptissimè. At illo modo Cicero Catone: *Quasi decurso vita spatio ad carceres à calce reuocari.*

## CAPVT IIIII.

*Bona scaua. Penitet. Priui custodes. Imodo. Pessum ire, premere. Plauti Pseudolus multis locis emendata, vno Mostellaria.*

PLAVTI Pseudolus quæ habet in editionibus vulgariis: *Studete hodie mihi, bona in scenam adfero,*  
*Nam bona bonis ferri reor æquum maximè.*

Vitio librariorum corruptum cenſeo, pollulaq. im-  
tatione legendum. *Bonam ſcauam.* vt hoc dicat, auſpi-  
catò ſue bono & liquido auſpicio in ſcænam ſe pro-  
gredi. nam & ludi auſpicatò & bono cum omne  
committebantur, & aliter ſi fieret, inſtauratiuſ copia  
era. Bona ſcaua idem quod auſpiciuſ bonuſ. ha  
fabula infra:

Benè ego ab hoc prædatuſ eho, noui: bona ſcaua eſt eho  
Scæna Pſeudole non:

Metuunt credere omnes. B A. eadem eſt mihi lex, me  
edere.

P s. Credere autem? eho, an panitet, quãdo hic fuerit  
Leuiter corrigo, quãto hic fuerit uſuſ. Muſæum præ  
loquendi genus, pro eo quod eſt, Videturne tibi pe-  
ram fuiſſe vitiatuſ & lucro. Terentiuſ:

At enim (dices) me quantum heic operis fiat panitet  
M. Tulliuſ proœmio Officiorum: Tam diu autem  
debebis, quoad te quantum proficias non panitebit. Ex  
pla ſimilia paſſim obuia. Scæna Forum coquuntur

Item hiſ diſcipuliſ priuſ cuſtodiſ dabo.

Non certiuſ vixiſſe Plautum, quã eundem ſcribitur  
ſe, priuſ cuſtodiſ dabo. idque vincit ipſa orationiſ  
riſ. Priuſ vetuſtè, qui nobiſ ſinguli. Lucilliſ:

Culcitula accedunt priuſ centonibuſ binuſ.

Scæna Vox viri peſſumi.

s i. quid lubet? pergin ructare in os mihi? p s. ſuauſ re

Etuſ eſt mihi, ſic ſine modo.

Posteriora Noniſ laudat, ſic ſine ſi modo. emaculatuſ  
dum ſuſpicor, ſic ſine: i modo. Ea enim cum faſtidiuſ  
à ſe quempiam reiicientiſ formula eſt Comiciſ ve-  
tatiffima. Sticho:

Nefcio quid vero habeo in mundo. E P. I modo,

Alium conuiuam querito in hunc diem tibi.

Eadem

Ant. M.  
Varia L.  
LII

Eadem Scæna paullo post:

*Sed Simo ut probe tactus Ballio est! quæ tibi dixi*

*Effecta reddidi. s. i. derides? pessumus homo est.*

Inclinat animus credere, scribisse poetam, pessum is  
 dicitur. Pessum ire, perire est: ut pessum dare, perde-  
 re: & in eadem significatione, pessum premere. Mo-

stellaria: Istum pro suis factis pessumis pessum premam.  
 Docta translatio est à re maritima: argumento est lo-  
 cus Cistellaria:

*Mariumis moribus mecum experitur, ita meum frangit  
 amantem animum,*

*Neque, nisi quia miser non eo pessum, mihi vana abest*

*Perdito permicies.*

Sic figura vsurpauit Rudente:

*Nunc eam cum nauis scilicet abiuisse pessum in altum.*

*Dei admodum fallor, Mostellaria quoque, Scæna  
 Melius anno hoc:*

*Sed Simo, ita nunc ventus nauem nostram*

*Deferuit. s. a. quid est? quo modo pessimè potuit*

*Quæ ne subducta esset in terram ante hac?*

Quo enim, quo modo pessum ire potuit. Non potest, in-  
 ter, ut submersa vobis nauis sit, quam in terram  
 eundem subduxistis. Et confirmat correctionem meam,  
 quod subiicit mox Tranio:

*Venit nauis nostræ quæ frangat ratem.*

## CAPVT V.

Heptasyllabi poeta veteris apud Istrum maculosissimi  
 metri suo restitui.

FATENDVM est: nimium amo antiquorum ho-  
 minum ingenia, multoque lubentius pasco auidita-  
 tum meam reliquis eorum quantum libet ambesis

A 4 blat